Sacra Maiestas Regia Dominus noster graciosissimus, cum imprimis
ex alia parte quam sperabat, de lugubri morte Reuerendissimi huius incliti
Ecclesie presulis nouissime defuncti acceperat, plurimum certe cum tota sui
Senatus frequencia tunc lateri suo Regio astante indoluit, merito nempe
de tam grato & graui sui Consilij Senatore querj debuit, qui quantum
charus ob singularem illius prudenciam fidem & consiliorum dignitatem
dum in humanis agebat sue R. Maiestati ac toti Consilio polono fu-
erat, tanto magis in morte dolendus lugendusque extitit. Cuius anime
Deus Opti: Maxi: perpetuam & optatam donet requiem.

Mox demum Sua Regia Maiestas ea re cognita intendo Juribus
ac Regni sui Justicie, cum frequencia Senatus sui, de preficiendo
huic Ecclesie pastore ydoneo & sibi grato, Consilium cepit, Oratoresque
suos istuc mittendos, qui super hac re vobiscum vna consulturj fuissent,
delegit, premissis prius cum celeritate literis, ne quid illis non expecta-
tis in Electione presumenda attentaretis.

Cui munerj obeundo Magnificum D. Christophorum Schydlowyecium
Castellanum Sandomiricensem & R. polonie ViceCancellarium ac dignissimum
Collegam meum maiorem honorandissimum hic presentem me quoque designat,
Qui illico relictis omnibus profectionis comoditatibus ad splendorem
dignitatis non opportunis succinctj & quam celerrime fierj potuit
nos ad munus designatum precinximus.

Que uero nuncia & Salutares instructiones ue per Suam Regiam
Maiestatem ac illud Consilium incliti polonie Regni nobis ad
Paternitates vestras protunc date fuerint, Ea ad presens rej insperate
vicissitudo immutauit, Erant quippe tales, que nedum Rex
& princeps potentissimus indubitatis suis Subditis, sed que pyentissimus
Parens liberis suis charissimis daturus esset, & que eciam

1
4 1

non adinfirmanda quidē, ut ajunt, Iura Ecclē uestre · sed longe amplius confirmanda · conseruandaq; erant accomodata ~~Sed cū obiter~~

Sed cū obiter intellexissemus vrās · P̄ · ad tam subitam & precipite Electionē repente accelerasse · non erat nobis animus ulterius istuc procedendj utpote insperato rej euentu · instructionibus nobis prius datis expiratis · Sed nos alijs actionibus nobis in hoc prussie Dominio comissis accomodare voluimus ∸

Cum demū Nuncius Maiestatis · R · nos subsecutus est · Nobis l̃ras Regias afferens · Significand hanc Electionis insperata celeritatem ad cognitionē sue Maiestatis · & ex Scriptis uestris peruenisse · Mandanq; nobis · ut istuc ad · P̄ · uestras iterq; nostrū continuando perrexissemus Et ea que mentis sue · R · Maiestatis hac in re fuerint Eisdem explicaremus

Et imprimis q; · P̄ · uestre tam repente sua Maiestate Regia irrequisita · Neq; oratoribus eiusdem expectatis · Neq; Epi defuncti in Domino morte nunciata ad Electionē processerint · Grauj certe & molesto sua Maiestas · ac totū illud Regnū fert animo

Que eiusmodj Electio uestra · quia videtur friuola · & in contemptū sue Maiestatis & Regni sui facta · Sue Maiestatj valde displicet Grauemq; animū huic Capitulo indignandj Sue Maiestatj suggerit Neq; umq̄ Sua Maiestas istud sperasset · P̄minates uestras tam repente ad eā Electionē debuisse procedē

Cause uero ipe · que uos ad tam celerē Electionis celebracionem permouissent · quas in excusacione sui corā sacra Sua Mte · per l̃ras allegastis · Videntur · & sunt inefficaces · Cum iampridē

4 2
1v

apud illam Sanctā Sedem per suā Maiestatē probe perceptū fuit
· q nemo absq sue Maiestatis consensu a Sanctissimo Domino ad eū
Episcopatū promouebitur · confirmabiturq

Quoniā uero uobis ita facere placuit contra inscriptos et Iura Regni
sue Maiestatis · post multas huius Ecclie clades facta · & contra
leges diuinas humanasq in contemptū (ut dixi) Mtis Regie
& Regni sui scire debetis eiusmoj uestrā Electionē Suā Mtem
& uniuersū Regnū iniquo aīo ferre · Necq quidq Sua Regia
Maiestas de tali Electione · prout super ea requisita fuit
& ad pns scire uolet Admonens & cupiens a uobis q tc
se taliter erga suā Maiestatē ea in re conformabitis · quatinus
Sua Matas Iustitie sue ac Regni sui alijs modis q cupiat ·
consulere non sit coacta ∴

Legatus regis ad Capitulum
vacantis sedis per obitum
q Mauri Lucere Epi

(4)2v

4